



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 43. Impugnatur memoria Bonifacii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. rium triginta quinque capita noxarum  
 A. C. 1310. continens, viginti quinque contra regu-  
 lam, ac decem contra declarationem Ni-  
 colai III: & Fratres Communitatis re-  
 spondebant scripto fufissimo. Spiritua-  
 les provinciæ Hetruscæ omnium lon-  
 gissime suus abripuit ardor: nam per  
 suam solorum auctoritatem segregati a  
 corpore Ordinis sibi Ministrum Genera-  
 lem ac Præsides constituerunt. Verum  
 hæc seditio improbata in Romana cu-  
 ria a Spiritualibus animos fautorum a-  
 lienavit.

## §. XLIII.

*Impugnatur memoria Bonifacii.*

Interea Rex Philippus Pulcher urgebat  
 semper damnationem memoriæ Boni-  
 facii VIII: qua de re Papa Clemens an-  
 te priore litteras ediderat in hanc sen-  
 tentiam. In principio pontificatus no-  
 stri cum Lugduni ac postea Pictravii es-  
 semus, Rex Philippus, Ludovicus Ebroli-  
 carum, Guido Poliaci, & Joannes Droci  
 Comites cum Guilielmo Plessio Equite  
 nobis instabant, ut audiremus indicia  
 quæ haberent, Papam Bonifacium VIII  
 antecessorem nostrum in hæresi esse motum.  
 Nos hanc accusationem veritate  
 niti neququam credebamus, perbene-  
 gnari, eum orthodoxis parentibus & in  
 patria

Diff. p. 368.

Rayn. 1309

n. 4.

patria catholica ortum, in Romana curia educatum, ibi majorem vitæ partem duxisse; & cum sub antecessoribus nostris Martino Adrianoque in Francia & Anglia legatione fungentibus Cancellarium, in curia Romana Causidicum ac Notarium egisset, per gradum Cardinalis in summam evertum sedem multas fecisse functiones ad gloriam Dei, ad confirmationem fidei, ad excidium hæretum. Quia tamen hæresis est crimen detestabilius cæteris ac periculosius, illam accusationem non sine examine dimittendam duximus, præsertim in Ecclesia Romana matre ac magistra Christianorum omnium doctrinam ac religionis normam inde obrinentium.

Sæcul. XIV.  
A. C. 1310.

Quapropter adhuc Pictavii versantes de consilio nostrorum Fratrum statuimus audire accusatores Bonifacii: quibus post lustratæ Virginis solennia tunc propinqua, nunc elapsa primum diem factum, quo se nobis Avenione sisterent, præstituimus. Sed cum præ negotiis intervenientibus, ac ob tempestatem asperam, & propter difficultatem viarum in loco assignato adesse tum non potuerimus; per has litteras eosdem viros, qui hanc rem sua interesse putabunt, ad accusandum aut defendendum citamus in diem primam a secunda jejunii verni dominica. Dabat 13 Sept. 1309. A.  
*Hist. Eccles. Tom. XXII.* Y y venio-

Sæcul. XIV. A.C. 1310. venione apud Fratres Prædicatores in  
exedra inferiore, ubi confessus habebat  
publicos.

*Differ. p. 367* Quocirca partes Avenione pleno in  
senatu Papæ se sistebant præscripto die  
lunæ 16 Martii an. 1310. Actores erant  
quatuor Equites, Guilielmus Nogaretus,  
Guilielmus Plessius, Petrus Galiardus, ac  
Petrus Blanascus una, cum Viro docto,  
qui vocabatur Magister Alanus Camba-  
lius: & omnes quinque se dicebant Nun-  
cios Regis Gallorum. Bonifacii memo-  
riam tuentibus numero duodecim præ-  
erat Magister Jacobus Mutinensis, qui  
omnium nomine loquebatur. Papa pri-  
mum legi curavit litteras 13. Sept. scri-  
ptas, quas modo retuli. Dein Guiliel-  
mus Nogaretus multa disseruit, & ad  
ea scripto tradenda sese obtulit. Jaco-  
bus Mutinensis contrarias assertions  
fecit contendens partes adversas non ad-  
mittendas esse ad impugnandam Bo-  
nifacii memoriam. Tum Papa impera-  
vit, ut ambæ partes sua postulata scripto  
darent; & duos proximos dies Veneris  
designavit, quibus actionem coram ipso  
continuarent.

Vigesimo Martii duo Cardinales a Pa-  
pa huic negotio præfecti quatuor Notu-  
rios, quos ille ad causam litteris man-  
dandam nominaverat, jusserunt recipere  
omnia, quæ partes vellent producere.  
Actores

Actores protulerunt libellum 12 Martii <sup>Sæcul. XIV.</sup>  
 1303 Regi oblatum, & qui accusationem <sup>A. C. 1310.</sup>  
 Bonifacii conceptis factam verbis con-  
 tinebat. Deinde aliud præbebant scri- <sup>n. 272.</sup>  
 ptum, in quo inter alia dicebant ex viris, <sup>Sup. lib. 90.</sup>  
 qui contra Bonifacium testificari pollent, <sup>6. 9.</sup>  
 plures fortassis defore quippe annis obli- <sup>Differ. p. 56.</sup>  
 tos & imbecilla utentes valetudine. Im-  
 pense proin oramus, adjungebant, ut hi  
 testes sine mora recipiantur. Præterea  
 declaramus complures Cardinales nobis <sup>p. 373.</sup>  
 esse suspectos, utpote quorum hæc res in-  
 terfit, & qui actionem hanc impedire  
 modis omnibus conati fuerint: quocir-  
 ca eos recusamus, & tuæ Sanctitati,  
 si opus esse judicet, nomina eorum da-  
 bimus. <sup>p. 374.</sup>

Altero die Veneris 27 Martii an. 1310 <sup>p. 387. 386.</sup>  
 in senatu publico actores nominabant  
 Cardinales sibi suspectos octo numero.  
 Die Mercurii 1 Aprilis tradebant nomina <sup>p. 391.</sup>  
 testium, quos producere volebant. Die  
 Veneris decimo mensis Papa auditis am-  
 barum partium asseverationibus decla- <sup>p. 404.</sup>  
 rabat se acceptis testium nominibus æ-  
 quabilem juris rationem ducturum, ac  
 rem distulit in diem proximum, quo eam  
 post Pascha resumendam dixit; quod hoc  
 anno 1310 incidit in decimum nonum  
 Aprilis. Quapropter partibus post do-  
 minicam *Quasi modo* primam diem fastam  
 præfinit; imperans, ut interea eis da-  
 rentur

Y y 2

**Sæcul. XIV.** rentur exemplaria omnium instrumen-  
**A. C. 1310.** torum litis utrimque productorum. Ve-  
 rum die sabbati post Pascha 25 Aprilis  
 causam usque ad quindecim dies, & o-  
 ctavo Maji porro in diem lunæ undeci-  
 mum mensis, deinde ob invaletudinem  
 suam in diem Mercurii prorogavit.

p. 406.

p. 408.

p. 409.

Hoc die, qui erat decimus tertius  
 Maji, Papa in confesso publico partibus  
 præsentibus inquebat: Audivi olim Do-  
 ctiores quosdam opinari proscriptum ha-  
 beri absolutum per solam Papæ saluta-  
 tionem vel alloquium scienter factum.  
 Sed hanc opinionem nunquam credidi  
 veram, nisi aliunde constaret Papam ha-  
 buisse animum absolvendi proscriptum.  
 Declaro itaque mihi nec hac nec alia  
 in causa unquam fuisse mentem absolvendi  
 proscriptum per auscultationem ejus,  
 allocutionemve, aut quamcunque cum eo  
 communionem. Addebat, quia nego-  
 tium magni momenti esset ac difficile,  
 atque calorum imminentium causa ipse  
 & Cardinales consulere suæ sanitati de-  
 berent, se partibus primam diem fastam  
 mensis Augusti præstituere; interim re-  
 cepturum nomina testium, qui fieri de-  
 biliores possent. Tum Guilielmus No-  
 garetus Papæ supplicabat, ut ipsum cau-  
 tionis gratia exsolveret censuris, in quas  
 forsitan incidisset. Sed Papa reposuit hac  
 de re deliberandum esse.

p. 410.

p. 411.

Interim

Interim Papa designavit Auditores <sup>Sæcul. XIV.</sup> testium, quorum percontatio non ferret moram. Illi erant Isarnus Archiepiscopus Thebarum, Vicarius Papæ Romanus, Jacobus Episcopus Avenionensis postea Papa Joannes XXII, Altegrudus Viennensis Episcopus, Bertrandus Abbas Montis Albani, Vitalis Dufurius ex Ordine Minorum Doctor Theologiæ, & Grimerius Bergomas laicus Advocatus in Romana curia. Papa jussit eos accedere Romam, Lombardiam, Hetruriam, Campaniam, & vicina loca, testes grandævos, infirmos, vel diu absuturos, interrogandi gratia, eorumque testimonia silentio premere. Mandatum dedit 28 Jun. 1310.

viz. 1310.  
A. C. 1310.  
Rayn. 1310.  
n. 37.

§. XLIV.

*Audiuntur testes.*

Papa Clemens etiam tres Cardinales, qui testes ejusmodi percontarentur, prope se constituit, scilicet Petrum Sacellium Episcopum Prænestinum, Berengarium Fredolium Episcopum Tusculanum, & Nicolaum Frovillum de S. Eusebio. Sic apparet ex fragmento inquisitionis ita incepto: Die lunæ 17 Augusti eodem anno, nempe 1310 Nicolaus Sacerdos Canonicus Ecclesiæ cathedralis de S. Angelo Lombardorum in Apulia,

Diff. p. 543.